

## Alte Drucke

**ENCHIRIDION || CHRISTIANAE INSTITV-||tionis in Concilio  
prouinciali Colo-||niensi editum, opus omnibus ve-||ræ  
pietatis cultoribus lon-||ge ...**

**Gropper, Johann**

**Parisiis, 1550**

**DE SACRAMENTIS NOVI TESTAMENTI.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150244**

*Amen.*

**Q**uoniam omnia predicta verissima esse indubitate cre-  
dimus, & quae vel ad creationem vel redemptionem vel  
sanctificationem nostram pertinent, patrem coelestem per filium,  
in & cum spiritu sancto operatum esse, & nobis certo  
obuetura per Dei misericordiam credimus: idcirco dicimus,  
*Amen*, quae vox est sermonem confirmantis & ratum fore pre-  
cantis, hoc est ita certò fiat.

*Amen  
quid.*

Soli deo salutari nostro, per Iesum Christum Dominum  
nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas  
ante omnia, & nunc & in secula seculorum. Amen.

## DE SACRAMENTIS NOVI TESTAMENTI.

**S**ACRAMENTI vocabulum variè accipiatur: nam qui ad proprietatem latine vocis respiciunt, & ex ethnici tantum scriptoribus verbis significationem petunt, sacramentum appellant iusurandum seu obligationem numinis a religionis interventu confirmatam. Sed qui Bibliam transtulerunt, ac ceteri sancti patres eam vocem accommodarunt, ad significandum id quod Graeci mysterium dicunt, quod sacrum secretum aut religiosum arcanum dicere possumus. In qua tamē significazione interdum latius, interdum restrictius accipitur. Nam in genere accepto vocabulo, significat omne religiosum arcanum, seu omnem rem sacrā absconditā, et si alterius rei signum non sit, ut dicimus sacramentū diuinitatis. Paulus Ephesii scribebat, Deum nobis sacramentū voluntatis sue notum fecisse secundum beneplacitū suū, quod alii generationibus non est agnatum, sed absconditum a seculis, nempe gētes esse corporales & cōparticipes promissionis eius in Christo Iesu, in quo omnes habemus fiduciam ad accessum in cōfidentia per fidem ad ipsum. Itidem i. Timoth. 3. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne: nimur ipsum tamen vocabulum Christum innuens, magnum esse pietatis sacramentum quod lumen.

*Quid sacramētum  
significet  
ethnici.*

*Quid sacriscri-  
ptoribus.  
Interdū  
latius acci-  
pitur.*

*Ephe. 2.*

*Per solū  
Euangelium  
discimus  
voūtatem  
Dei erga  
ōes gentes  
a pruden-  
tib⁹ huius  
seculi abs-  
consam.*

*Interdum  
restrictius  
accipitur*

E

## DE SACRAMENTIS

*Sacramē-  
ta veteris  
Testamē-  
ti.*

*August.  
cōtra Fau.  
Manich.  
li. 96. c. 13*

*Interdum  
strictissi-  
me.*

*Roman. 3.*

*Septē ec-  
cle. sacra-  
menta.*

*Ber. in ser-  
mo. in ca-  
na domi-  
ni. de ba-  
ptis. et sa-  
cramento  
altaris.*

*Quedam  
proprie se  
funt, que-  
dā propter  
aīa desi-  
gnanda.*

*Christus  
sacra-  
menta insituit  
ut per hēc  
nobis me-  
der tur,  
nōque si-  
bi colliga-  
ret.*

*Rom. 1.*

*Ivan. 1.*

*Marci. 9.*

quum sit filius Dei inuisibilis, manifestatus est in carne. Fre-  
quentius verò sacramentum dicitur sacræ rei signum, quod  
eius similitudinem gerit cuius signum est, quemadmodem fi-  
gna & figuræ veteris Testamenti sacramenta appellantur, id  
quod familiare est patribus. Sic Augustinus ait: Sacra-  
menta quæ obseruabantur ex lege, prænunciatiæ tantū fuisse Chri-  
sti venturi. Denique quod ad propositum nostrum attinet, pa-  
tres sacramenti vocabulum ad significandum peculiariter sa-  
cramenta nouæ legis deflexerūt, ea scilicet quæ sunt signa vi-  
sibilia inuisibilis gratia Dei, quæ Deus efficaciter & certo in  
ipsis operatur, modo ritè nec indignè tractentur & accipian-  
tur. Quo enim suis sacramentis se adfuturum promisit Deus,  
mentiri seu fallere non potest.

Ad hunc ergo modum accepto vocabulo, septem numeran-  
tur Ecclesiæ sacramenta, quæ sunt, Baptismus, Cōfirmatio, Eu-  
charistia, Pœnitentia, Extrema vñctio, Ordo & Matrimonium.  
Ex scripturis enim animaduerterunt patres, hæc septem my-  
steria rectè ac propriè sacramenta dici, quod ita sint sensibili-  
lia signa inuisibilis gratia Dei, vt & ipsius gratia quæ impar-  
titur, imaginè gerant & causa sint: quod vt paulò notius fiat,  
à rebus externis sumamus exemplum. Quidam sunt quæ in-  
terdū propter se sunt, interdū autem propter alia designan-  
da, quatenus scilicet & dicuntur & sunt signa: quemadmodum  
annullus interdum datur, non vt sit alterius rei nota, sed tan-  
tum propter se: interdum vero datur vti cōgruum fidelitatis  
signum, velut quo dominus Vasallum de feudo inuestit. quo  
scilicet accepto, Vasallus non solum de benevolentia domini  
seu beneficio accepto certus efficitur, sed & mutuum quod-  
dam foedus inter dominum & vasallum contrahitur, vt iam  
diceret qui annullum accepit, possit: Non respicio annullum,  
sed hæreditas est, quam quarebam. Eodem modo sentiendum  
ac tenendum est (quod est huius rei capit) nempe dominum  
nostrum Iesum Christum signa quædam delegisse, per quæ  
Deus in virtute verbi sui peccatis nostris mederetur, & nos  
quodammodo de gratia sua inuestiret ac foedare spirituali si-  
bi colligaret. Ita enim ipsi Deo optat. Max. semper visum est  
subducere nos per sensibilia ad inuisibilia. Nam quæ est hu-  
manarum mentium caligo, ex primorum parentum pravari-  
catione in nos deriuata, nō potest homo ex seipso in Dei co-  
gnitionem assurgere, aut dei voluntatem in remittendo pec-  
cata ra-

cata ratione reprehendere; ppter ea deus semper & verbis & externis signis nobiscū egit. per quae nobis se manū festaret, suāmq; erga nos voluntatem indicaret. Atq; ideo quum iam multifariā multisque modis deus olim loquutus fuisset in prophetis, cōfoluissitque verbo, lege, signis & pdigijs, nouissime nobis locutus est in filio suo, quem carnē sumere, & crūcem pro nobis subire voluit, vt in illum tanq; in signum potestissimum à deo positum, similem nobis factū, visibilem ac palpabilem intuītes. eundemq; audientes, Deū in ipso agnoscere, Deo credere ac fidere, Deum denique super omnia dili- gerē inciperemus. In ipso enim Dei potētia, sapientia & bo- nitas perfectissimē, euidentissimēq; resplendent, in quo habi- tat plenitudo diuinitatis corporaliter. Et quo tandem signo Deus potentius ostēdere potuit, nos sibi p̄cipue cura esse, quam quod filiū suū vnigenitū pro nobis dedit, vt ois qui credit in illum, nō pereat, sed habeat vitā aeternam. Et quo- niā tota virtus passionis Christi, quod ad nos attinet, in ap- plicatione sita est, vt scilicet eam gratiam (quam nobis in ara crucis moriendo p̄meruit Christus) participemus, dignatus est ipse quādam post se sacramenta relinquere, quæ suo ver- bo & promissione firmauit, vt sciremus per eorū legitimū usum, fructum sui passiōnis nobis efficaciter & certo cōmu- nicari. Potuit quidē ille sine omni visibili forma gratiā suā nobis donare, sed quoniam carnales sumus, & ad spiritualia capeſſenda admodum tardi, q̄ animi robur, corporis vitiati mole ac operatione debilitet ac distractatur, à fide, spe, & charitate subinde cōcidens: idcirco fragilitas carnis sub for- ma visibili reparanda, incitāda, erudienda, fouenda & cōfor- tanda erat. Et ne quis de horū visibilium sacramētorum vir- tute addubitat, addidit Deus signo visibili, verbum p̄mis- sionis: adhibuit quoque inter initia sacramentorum, visiones visibles ac miracula, vt ea qua semel facta cernimus, p̄ eun- dem Christi sp̄ritum in sacramentis in dies fieri, fidei ardo- re credamus. Nā vt certa fide teneres, quum baptizari's, sp̄iri- tum sanctū in te venire, Spiritus sanctus in colubā specie su- pra Christū quum baptizaretur apparuit. Ut crederes, quum cōfirmaris, sp̄iritum sanctū tibi ad robur dari, factus est in di- die Pentecostes sp̄iritus vehemens, ac visa linguae dispartitæ tāquam ignis, sedentes supra apostolos: & sic de ceteris quæ cūdientia signa quotidie replicari non est necesse, quum

Hebr. 1.  
Grego.

Luc. 2.  
Hebr. 2.  
1. Ioan. 1.  
Ioan. 3.  
2. Petr. 1.  
Ioan. 4.1.  
Roma. 5.  
Coloss. 1.2  
Ioan. 3.  
1. Ioan. 3.  
Ioan. 17.

August.  
lib. 3. de  
tri. cap. 4.  
Ioan. 3.  
Matt. 26.  
Roma. 7.  
Ephe. 5.  
Augu. in  
Io. tra. 80.  
Augu. in  
Psal. 109.  
144.  
Chryso. in  
Matt. ho-

mil. 12.  
Matth. 3.  
Marc. 1.  
Luca. 3.  
Acto. 1.

## DE SACRAMENTIS

*Ioan. 20.* nobis sola fides sufficere debeat, quæ aliqui euanesceret, si  
*Grego.* Christi verbo addito sacramento, absque evidenti miraculo  
credere detrectaremus.

Sunt ergo sacramenta noui testamenti principaliter instituta, ut sint certa & efficacia signa voluntatis & gratia Dei, in sensum externum incurrentia, admonentia & erudientia nos, ut quod foris in specie visibili geri cernimus, intus per Dei virtutem effici credamus. Constat enim sacramentum duobus, nempe clemente sensibili, vt signo & verbo. Verbum est inuocatio Trinitatis verbo permissionis innixa. Elementum est aqua, oleum, & cætera ciuismodi. Quemadmodum vero verbum instrumentum est, quo Dei voluntas significatur, & apprehenditur, & p quod spiritus sanctus efficax est, sicut Paulus ait: Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Et iterum, Euangeliu est potentia Dei ad salutem omni credenti: Ita per sacramenta tanquam quedam indicia seu testimonia Dei (quibus testatur se nobis placatum propter Christum filium suum) spiritus sanctus efficaciter operatur salutem, & confert gratiam. In sacramento ergo non tantum elementum seu exteriorum speciem respicimus, sed magis verbum.

Vnde quum queritur, quomodo sacramenta visibilia operari possint in anima, seu partem hominis spiritualem & incorporalem, facile respondeatur, virtutem sacramenti non tribui seu ascribi elemento exteriori, sed Deum esse qui p bona sua voluntate per hæc sensibilia in verbo fidei gratia inuisibilis operetur, quam promeruit Christus, ex cuius latere in cruce aperto, sacramenta nouæ legis fluxerunt. Quod ergo suprà diximus, sacramenta nouæ legis ita esse signa gratiae, ut sint & causa, intelligendum est non quod sacramenta propriè & per se sint causa efficiens, remissionis peccatorum seu collationis gratiae: nam ad cum modum solus Deus iustificat, qui solus peccata remittit, sed p sint causa, large sumpto vocabulo, quemadmodum causam rei dicimus, sine qua res fieri non solet, quanvis sine ea fieri possit. Non enim (vt diximus) sic alligavit Deus potentiam suam sacramentis, vt sine illis gratiam suam donare non queat, quanvis sine sacramentis, quem Le. quæst. illis conceditur viri, minime eam donet. Constat quidem p. 88. lib. 23. risque ab exteriori communione sacramentorum per præoccupacionem mortis prohibitis, suam fidem & bonam voluntatem sacramenta (si licuisset) percipiendi, ad salutem sufficeret.

Interim

Interim tamen vis sacramentorum (quæ inenarrabiliter valer plurimum) cōtempta, sacrilegos facit. Impiè quippe contemnitur, sine quo non potest perfici pietas. Quare eatenus sacramenta gratia causa sunt, quatenus spiritus sanctus corundem effectū in nobis operatus fuerit: alioqui sine ipsis spiritus opere sacramenta nullana in nobis efficaciam habent.

tra Dona.

cap. 22.

Aug. con-

tra Faust.

lib. 9. c. 11.

Aug. lib. 2

retracta.

Hæc est ergo principalis causa institutionis sacramentorum nouæ legis, ut sint præsentissima remedia contra peccatum, & efficacia signa gratiæ Dei, quæ ipsorum dispensatione non resistentibus fideli, & recipientibus non indignè, cerrissime conferatur. Proindeque sic sunt signa, ut non tantum signent, sed & sanctificant: ut hinc facile sit discernere sacramenta veteris legis à sacramentis nouæ legis. Illa enim umbra futurorum fuerunt, ut significarent: quæ cum suo aduentu Christus impleuisset, ablata sunt, & ideo ablata, quia impleta. Hec vero instituta sunt, virtute maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora: ut non tantum significarent, sed & mundarent ac sanctificant. Deinde (licet minus principaliiter) sacramenta instituta sunt, ut sint signa memorialis passionis ac mortis Christi, signa quoque consolationis futuræ gloriæ. Denique signa excitantia in nobis fidem, ac cohortatio ad mutuam dilectionem, aliisque sanctos ac Christianos mores: quo argumento sæpe vtuntur sancti patres.

Sacramen-

ta cur insi-

tuta sint.

Aug. con-

tra Faust.

lib. 19. c. 11.

13. 14. 16.

Augu. in

Psal. 73.

Aliam insuper institutionis sacramentorum causam diuus Augustinus recenset: In nullum (inquietus) nomen aut verū aut falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum vel sacramentorum visibilium cōsortio colligentur. Quamobrem Dominus Iesus Christus leui iugo suo & leui sarcinæ nos subdens, sacramentis numero paucissimis observatione facilimis, significatione præstantissimis, societatem noui populi colligauit, de qua colligatione latius dictum est in explanatione symboli, circa articulos qui de ecclesia sancta catholica & sanctorum communione sunt.

Aug. con-

tra Faust.

lib. 19. ca.

11. de doc.

Chrif. lib.

3. cap. 9.

Et ut reuertamur unde digressi sumus, firmiter retinendū est, sacramenta his duobus consistere, videlicet verbo & clemento, tanquam partibus quibusdam substancialibus, quibus tamen ecclesia plerosque ritus, tam ad decorum honorēmque sacramenti, quam ad denotandum & docendū nos, quid in sacramento agatur, addidit: sine quibus licet verum sacramentum consistere quidem possit, modo ibi sint verbum &

Magist. in

4. dist. 1.

DE SAC. NOVI TEST.

lementū, tamen quum eiusmodi ritus diuinorum mysteriorū pleni sint & magna cum ratione à patribus instituti, népe in excitationem fidei & charitatis, nequaquam contemendi. **z. Cor. 14.** erunt: qui in potius ex doctrina Pauli (qui iubet ut in ecclesia omnia honestē, ordinatē, ac ad ædificationem fiant) maximē circa sacramentorum dispensationem, ne vilescant ut fulcimēta pietatis diligētissimē ac acerrimē (nisi instans necessitas prohibeat) retinendi sunt, tanquam catenulae quædam ecclasticae unitatis.

**Sacramē.** Quanquam verò hæc legis nouæ sacramenta præsentissima tanouæ le remedia sint, quibus Samaritanus ille bonus vulnerato approgis suntr̄ pinguās, & originalis & actualis peccati vulnerib⁹ medetur, media cō- & corda nostra per operationē Spiritus sancti in verbo illumitra pecca- nata, sanctificat, confortatque: non tamen omnibus una est si- torum. gnificatio, nō eadē dignitas aut virtus. Nam præter omnē cō-Luce. 10. trouersiam, duo inter alia præcipua sunt, baptismus & eucha-  
**Augu. ad ristia.** at singulis siū est verbū quod formale sacramenti qui-  
**Ianua.** epi dem appellant: suum item signum re iexterna & visibilis, in-  
stola. 118. ternam & inuisibilem gratiam referens & adumbrans, quod  
**Itē de do.** quidam materiale dicunt. Hoc verò omnibus est commune, ēri Chri. quod minister seu sacramenti dispensator, non suā, sed Chri-  
li. 3. cap. 9. sti personam refert, quemadmodum in expositione articuli  
**Duo sacra symboli** Apostolici (qui de ecclesia catholica est) declaraui-  
mēta præ- mus. Tantum hic repetit̄ sufficerit, sacramenta nec bonorū  
cipua. dispensatorum meritis ampliari, nec malorum (modò in ec-  
**Augu. su** clesiā cōsortio manente) attenuari. Alia ratio est in hereticis.  
**per Ioan.** Nam et si apud hereticos sacramenta sint & ministrentur, ta-  
de cōf. d. s. men nō præstantur ad remissionem peccatorum seu salutem,  
**4.c. baptis** quod extra ecclesiam sacramentorum efficacia esse non pos-  
mus. fit proinde que qui in heresi quacunque vel schismate, in no-  
**Augu. de** mine patris & filij & Spiritus sancti, baptismi sacramentū ac-  
fide ad Pe. ceperit, integrum quidem sacramentum accepit, sed salutem  
**cap. 5.** (quæ virtus est sacramenti) non habet si extra ecclesiam ca-  
tholicam sacramentum non habuerit. Debet ergo ad ecclesiam ca-  
tholicam sacramentum non habuerit. Debet ergo ad ecclesiam ca-  
tholicam sacramentum non habuerit. Debet ergo ad ecclesiam ca-  
tholicam sacramentum non habuerit. Debet ergo ad ecclesiam ca-  
**Ordo tra-** tis speciatim dispiciemus, idq; eo ordine, ut primo, de verbo  
**Etationū.** sacrameti: secundo, de exteriori elemēto: tertio, de cæteris ri-  
tibus, quos ecclesia ad sacramenti usum addidit: quarto, de ef-  
fectu &

fectu & virtute cuiuslibet, quinto, de accendentium adfectu,  
sexto, de cuiusvis ministrio, idque quam fieri potest, breui-  
simè dicturi sumus.

## DE BAPTISMI SA-

CRAMENTO.

**B**APTISMVS GRAECA VOX EST, SI-  
gnicans tinctiōne seu lotionē. Quā obrem  
vocabulum in genere acceptum, etiā ad lo-  
tionem rerum externarum accommodatur,  
sicut Marc. 7. legimus, pharisei & omnes Iu-  
dei à foro venientes, nisi baptizentur, nō  
comedunt. Et alia multa sunt, quæ tradita  
sunt, eis seruare, & baptismata calicum & vrcorum & atra-  
ramentorum & lectorum. Transfertur item ad calicem pas-  
sionis dominicae & mortis eiusdem, Marc. 10. Poteris bapti-  
smo quo ego baptizor baptizari? id est, sanguinem fundere  
& supplicio mortis me e sufferre? Et Lucæ 11. Baptismo ha-  
beo baptizari, & quomodo coartor vsquedum perficiatur? id  
est, patiendum mihi est pro salute generis humani, id quod  
summè desidero. Sed quod ad propositum nostrum attinet,  
pro lauacro regenerationis accipitur, quod est omniū sa-  
cramentorum primum, & ianua qua in ecclesiam & ad cæte-  
ra sacramenta peruenit.

**I**N baptismo duæ sunt, verbū & elementum. Verbū est ipsa  
iuvocatio trinitatis, huic diuinæ promissiōni innixa: Qui  
crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, que peragit hiſce  
verbis à Chr isto traditis, videlicet, Ego baptizo te in nomi-  
ne patris, & filij, & spiritus sancti. In quod quidē verbū in  
primis intuendū est. In aqua enim verbū mundat. Detrahe  
verbū, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbū ad elemen-  
tum, & sit sacramentum. Vnde ista tant' virtus aquæ, ut cor  
pus tingat, & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dici-  
tur aut pronunciatur, sed quia creditur. Nā & in ipso verbo  
aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Propterea di-  
xit Apostolus: Christus dilexit ecclesiam, & tradidit sei-  
psum prō ea, ut eam sanctificaret, mundas eam lauacro aque  
in verbo. Mundatio igitur nequam fluxo & labili tribue-  
retur elemento, nisi accederet verbum quo accidente sit sa-  
cramentum, quod perinde se habet atque visibile verbum. li. 19. c. 16

E iiiij

Baptismi  
vocabulū  
quid signi-  
ficeret.

Baptismus  
ianua i ec-  
clesiam.

Baptismi  
partes.

Aug. in  
Ioan tra-  
cta. 80.

Item in  
Ioan. tra-  
cta. 53.

Aug. con-  
tra Fau. li.

19. c. 16.

Ephe. 1.

Aug. con-  
tra Fau. li.

li. 19. c. 16